



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Ingrediendi Societatem desideria. 62

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

dem Deo dominóque meo, tot
beneficijs affectus, ostendam?
sine, dum restat aliquid mei, si-
ne quicquid est vitæ animæque
huius, vt opifici meo totum ex-
asse contradam; & quantulum
hoc etiã, totum erit, quod tra-
dam? Sed sine tu tamen vt tra-
dam; méque hac summa in re,
opera adhuc opéque suprema,
quantum potest adiuta.

*LXII. Ingrediendi Societatem
desideria.*

Non fugiebat Patrem, quo
hæc ægri desideria verge-
rent; siquidem haud ita nuper,
Vbaldinus, diuersa religionum
instituta scitáque inter se contu-
lerat; & cui vni præcipuè se con-
secraret, diu cum animo suo
multúmque exputarat. Denique

in hanc sententiam ijt, vt si pluri-
 rium optio permetteretur, So-
 cietatem IESV, grauibus de caus-
 sis esset haud dubiè electurus. A-
 perit hoc suum consilium patri
 nescio cui. Sed is, qui Antonium
 sciret, cetera omnia huic disci-
 plinae idoneum; in litteris tamè
 eos progressus nondum fecisse,
 vt admitti confestim videretur
 posse; suadet vt quanto citissi-
 mè votis damnari velit; tanto
 impensissimè virtuti, bonisque
 litteris studere insistat; Incredi-
 bile, memoratu est quantum in
 hac voce ponderis, momentiq;
 fuerit. Nam exinde totis viribus
 ad studia incumbere, neque la-
 boribus vllis parcere Antonius,
 dum cupita celerrimè conseque-
 retur. Fastiq; prudentes rerum
 censores sunt; eum anni vnius
 spa-

spa-

spatio, facile duorum curricu-
lum confecisse: tantis illum cal-
caribus amor instituti fodiebat.
Sed neque his tamen compen-
dijs animum satiarat: eamque
ob rem offensus quantalacum-
que mora, cupiebat in isto Se-
minario Vestem, qua Societas
vtitur, indui; & forinsecus talis
iam agnosci, qualem animo se
ferebat. cum verò audisset. In
eiusmodi vestitu, iuuenem no-
bilem ceteris deridiculo fore;
respondit, vel eo se nomine au-
dius desiderare.

LXIII. Desideria audita.

E Nim verò, quod valens ille
vegetusque tam citò nequie-
rat, ager ac propè moriens im-
petrauit. Quamuis autem inter-
prima statim morbi initia, vali-
dis precibus id ipsum egerit; Vi-
sum